

Band III., Nr. 801, Seite 297

*König Heinrich (VII.) verleiht dem Propst und dem Konvent in Denkendorf
das Eigentum einer Salzpfanne in seiner Stadt Hall frei von allen
öffentlichen Abgaben.*

Ohne Ortsangabe, 1231. Oktober 1.

Heinricus septimus, divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus hee litere ostense fuerint gratiam suam et omne bonum. Quoniam sempiterna sedes in dei palatio constructa est temporale bonum famulantibus deo et pauperibus eroganti^a, quod quidem pia sollicitudine salubriter advertentes significandum duximus universis, quod nos de consulta deliberatione et ex deliberato consilio dilectis fidelibus nostris, preposito et conventui de Denkendorf, in civitate nostra Hallis proprietatem unius patelle salis contulimus libere tenendam et perpetuo possidendam. Adicientes de munificentia nostra, ut predicta bona in posterum possideant absque omni exactione, precaria vel collecta. Statuimus igitur et sub interminatione gratie nostre districte precipimus, ut nulla unquam persona, humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, predictam ecclesiam in bonis prelibatis audeat molestare vel ab ipsis aliquam precariam extorquere; quod qui facere presumpserit, omnipotentis dei indignationem et nostram gravem offensam se noverit incursum.

Actum anno dominice incarnationis M^{mo}. CC^{mo}. XXXI^{mo}., kalendis Octobris, indictione quinta.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An rot-gelber Seidenschnur hängt das runde Majestätssiegel aus Wachs. Umschrift: HENRICVS DeI GRatiA ROMANORVM ReX et SEMP^{er} AVGVSTVS, quer herüber: *et DVX SVEVIE*.

^aSo die Urkunde.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 60

Editionen:

Huillard-Bréholles: *Historia diplomatica*, Bd. 4,2, S. 555.

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1,2, S. 765, Nr. 4217.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Heinrich (VII.); König

Ortsindex:

Denkendorf Wohnplatz (319)

Denkendorf, ES

Rom, Latium, Italien

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA